Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

213.

congruis Ecclesiæ congruis pupillos fulcire favoribus, pijsque præsidiis communire, nos circa charissimum in Christo filium nostrum Conradum Regem Hierosolymitanum illustrem ducem Sueviæ filium quondam Conradi natiquondam Friderici olim Rom. Imperatoris, nunc in annis teneris et pupillari constitutum ætate, apostolicæ benevolentiæ gratiam effundentes, ut sua propitiationis salubre munimen, magnumque commodum per effectum teneat, sentiat, et agnoscat, ac nostra, et Apostolicæ sedis benigne sibi largientis juvamina; regnum Hierosolymitanum, et Ducatum Sueviæ, et alia jura sua, ubiunque illa, sive in regno Siciliæ, sive alibi habeat, integra et illæsa sibi, deliberatione cum fratribus nostris habita, proponimus et volumus conservare, et permittimus, quod universi de ipso regno Siciliæ in serie juramenti fidelitatis, quod nobis, et Ecclesiæ Rom. præstabunt, possint adjicere, Conradi pueri jure salvo. Ides autem hæc vobis insinuamus et scribimus, ut ex tenore præsentium notitia, et certitudo de iis in posterum habeatur.

34) Apud Raynaldum Annal. Eccl. ad an. 1254. privilegium confirmationes seu collationis Datum Anagniæ per manum Guillelmi magistri scholarum Parmensium S. R. E. vicecancellarii V kalend. Octob. indict. XIII. incarnat. dominicæ MCCLIV. pontif. vero domini Innocentii Papæ IV. anno XII. Item Conradinus ipse in epistola apud ✝ Nauclerum Gen. 42. Cum autem magnificus Rex, Conradus, dictæ memoriæ, Charissimus Pater noster, testamento solenniter condito, nos fecerit, tempore mortis suæ, in manibus Sanctæ matris Ecclesiæ, de tutela reliquisset. Idem fatetur in literis ad Friderico, Germaniæ. /65, 68.

35) Raynaldus Annal. Eccl. ad an. 1254 § 60 ex Anonymo de gestis Conradi et Manfredi. ~~agente~~.

36) Albertus Stadensis ad an. 1247, ~~Duces Sax~~ a quibusdam Episcopis et Comitibus electum ait fuisse Guillelmum. Certe Duces Saxoniæ, Bavariæ, multique alii electioni huic non consenserant. Bene etiam observat Struvius Corp. Hist. Germ. de Interregno magno: Potius igitur a Conradi IV morte atque anno 1254 initium facimus interregni; quia vivo adhuc Friderico, in Regem electus fuerat Romanorum legitimum, vt ides patre defuncto justus esset successor, ipso vero extincto nullus adesset Rex vel Imperator legitime electus.

37) Vide supra Add. 22 n. 3. ~~Tem~~ Ex eo tempore; scilicet Januarii XIII anni 1254 nihil porro occurrit de hac Juta; ~~vt adeo non diu superviuisse credenda sit; maxime cum matrona jam fuerit summe grandeva, habens neptes et pronepotes.~~ nisi quod ejus utjam defunctæ mentio fiat in divisione hæreditatis hoc eodem anno die X Novembris.

38) Apud Zibockium Aquil. pnep. ex tabulis Tridentinis ~~instrumentum~~. Anno 1254 in præsentia Domini Hen-